Laus Deo. XVI^a Decemb.
1621

Musteum tuum ac lepidum Poëma, sed aculeatum tamen,
Clarissime Vir, cum delectatione hic, imo et summâ
cum admiratione a nobis ac aliis lectum ac relectum.
Tu'ne Batavos, tu'ne Mathiacos tuos ac nostros
Mal istud invideas? Mal, inquam, quod leve tametsi ac
dulce, verum tamen pungit. Ita plane et tua illa Tempe
Batava. Pergimus itaque hic summa nituntur ope vi-
ri illi, quorum elegantiarum harum ac similium cura.
Vtque amaeniora Tempe illa tua in publicum prodeant,
qualecunque Amici partes hic nostros operi inserere, et locis
commodis applicare ipsis visum; ut quam grata
tibi sint, ac omnibus esse debeant, in cultu publico
perpendatur. Interea ego ad fratrem tuum litteras
dare non distuli, ut illa delineata nobis Batava
Tempe simul ac commodum erit transmittat, operâ
ut scribis Veldii. Litteras tuas Gravesandae
Britannorum scriptas, etiam libenter accepi, aliisque
communicavi. Quid tu, qui Musas tecum hinc
abripuisti, et vel in ipso mari dulces ad amicitiam
versus pangere non desinis? Eja, et si quid
novarum rerum Britannia in calamum tuum immiserit
(nam et ibi Musas spiraturas, spirantes) nobis
id communicare ne graveris, ~~[illegible]~~; ut et illud
fastis nostris, si videbitur, coniungi possit.
Si qua spes interea rerum bonarum in Aula
affulgeat, verbo, quaeso, indica. Et vale.

Tuus ac Tuus
J. Cats

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

B.P.L. 1886

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/114

N.° 32.

Ernstfeste hoochgeleerde
en achtbaere heere
Constantinus Huygens
Secretaris van heeren
Ambassadeurs der
vereenichde Provincien
iegenwoordelick

Tot
Londen

4

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/114